



107

esse ditissima clarissimisque artibus eloquentia quoque summa et pulchris animi dotibus ornat. Predicaris enim vniuersis dignus pro tuis maximis splendidissimisque meritis quos omnes diligant amant obsequant venerant. Perdocti enim reperiri prope multi sed qui idem ingenio polleat scientia virtute et eloquio eorum in numero collocandorum quorum raritas cum facilitate comparat. Laci loquerer si ad alium quicquam de te mihi sermo esset. Non putabis veli hec adulater me scribere non enim moris est mei hominum fauores blanditer adulando emulgere aut videri laudes ad pondera doni. Hoc tamen securus tibi vobis affirmo quod ad me nunc scripseris sapienter utique fecisti si pro filio feliciter si casu iam accedo post habitis omnibus dominum nostrum quod omnium virtutum plenissimum ipse illos cariores habet quam clariori fulget lumine meritorum. Nonabor ego apud eum tuum nomen pro se satis illustre multo sermone illustrare mactur tue fame laudator spiritus et autor. Facias quod si vires erunt te voti tui compositum. Det deus nostras diligencias conspici bonis ut aiunt auribus. Si quod amplius velis alatum me iueneris. Tu iterea sperata valitudine potiare.

Inuitatur socius a socio ut insequendo promissa ad vniuersitatem veniat.

Mulrimam salutem cordiale applausum. Dum hunc nunc sociorum carissime ad te iterum se diceret ex auro cecidit te vniuersum et somnum ex oculis quem abcedere non promisi quod non licet aliquid ad te laturus esset si tamen scires quoniam et ubi hec scribo ipsa temporis et loci facies breuitate excusaret. Facileque etiam videres sit venia dicto quod te in amicitia vici et in amore superavi. Turbor enim absentia tui quam absentia mei non moueris. Hanc cum inter multa quam abeunt mihi pollicebaris hoc esset extremum quod primum retrospectis te viderem a tergo sequentem. Quod quoniam adimplesti si non satis te trahat.